2) Noverint universi quod ego Bonardus de piru capellanus ecclesie sancti danielis Gerunde procurator constitutus cum instrumento a domina beatrice dei gratia abbatissa monasterii
sancti danielis ad tractandum et procurandum negocia dicti monasterii et ad faciendum stabilimenta honorum eiusdem monasterii et ad recipiendum reddit[us] et fruc-
tus et alia iura pertinencia dicte domine abbatisse et monasterio predicto prout latius continetur in dicto instrumento. Id circo auctoritate dicte procuracionis. Dono et stabi-
lio tibi petro Rugayos de Madremanya et tuis et cui volueris perpetuo quandam peciam boschi cum terra in qua sedet. quam dictum monasterium habet in parrochia
sancti stephani de Madremanya in loco vocato Costa de Castellario. Et affrontat ab oriente in pecia boschi quam stabilivi petro de puteo per quam habeas intratam
tu et Bn. Rugayos in sua tenedone versus oriente. a meridie ad mediam serram in camino publico. a circio in boscho de Nabascherona quem tenet pro dicto monasterio et ab oc-
cidente in honore quem stabilivi Bn. Rugayos. predictam quidem peciam boschi cum intratibus et exitibus pertinenciis et proprietatibus suis et cum omnibus melioramentis et
augmentis ibi factis et decetero faciendis et sic melius et utilius ad tuum comodum et tuorum possit dici vel intelligi sic tibi et tuis dono et stabilio omnia supradicta. Et
constituo me predicta omnia tuo nomine possidere vel quasi donec eorumdem acceperis corporalem possessionem quam tua propria auctoritate cum volueris possis accipere et deinde
tibi et tuis perpetuo retineo et habere omnia predicta ad omnes tuas et tuorum voluntates perpetuo faciendas. Salvo in omnibus iure dicti monasterii cui dabitis tu et tui de expletis panis
et vini que ibi erunt perpetuo unam tascham allatam in cellario dicti monasterii de lacu. et salvo iure dicti monasterii in terciis laudisimiis et foriscapiis. et salvo quod
alii tenetores dicti boschi habeant intratam et exitam inde versus oriente. Et sic promitto tibi et tuis quod dictum stabilimentum factum tibi et tuis tenere et habere et posside-
re in pace et contra inde tibi et tuis deffensor et guirent contra cunctas personas. Et pro predictis omnibus tibi et tuis attendendis et complendis et pro evictione et omni pe-
ne obligo tibi et tuis omnia bona dicti monasterii habita et habenda ubique. Et pro hac donacione et stabilimento recognosco recepisse et habuisse a te quinque solidos bar-
chinonenses monete de terno. Renunciando exceptioni non numerate pecunie. Et ego petrus Rugayos predictus firmans predicta promitto dare dictam tascham ut superius dictum est.
Et nos domina beatrix dei gratia abbatissa dicti monasterii firmamus et laudamus omnia supradicta. Actum est hoc. iiii. kalendas novembris anno domini millesimo. ccc°. quarto de-
cimo. Signum Bn. de piru procuratoris. Signum petri Rugayos. Signum domine beatricis dei gratia abbatisse predicte qui hoc firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt. bartholomeus de fabricis et petrus de podio sicco fusterii Gerunde. Signum [illegible] de lacu capellani. [illegible]

Signum petri. bonguasii publici notarii substituti auctoritate Regia a petro simonis de toylano publico Gerunde notario qui hoc
scribi fecit et clausit.

Stabliment de una fexa de terra situada en la Par.ª de Vilademany ... a favor de Castellan Boscosa ... per ... procurador de S.t Daniel a Pere Rugas ... de dita Par.ª

AC / 189v N.15, del p... 1, de Vilademanya

27-10-1314 ... dos exemplars AMV n.º 129 p. 37

... Bernat ... de S.t Daniel ... Boscosa a Pere Rugas ... Vilademanya

T. 306 x 231

2)

(479)